



16



MEDICATIO DUORUM ÆGRORUM,
FEBRISYNOCHA,
 ET
PITYALISMO
 LABORANTIUM;

QVAM,
 DEO OPT. MAX. AUXILIANTE,
 SUB PRÆSIDIO
 VIRI CLARISSIMI
D. HENRICI REGII,

Reip. Ultraject. POLIATR1, & Medicinæ,
 Anatomes, ac Botanices Professoris Ordi-
 narii, ac Philosophi eximii,

Publicæ disquisitioni exhibet

MARCUS RUYCH, Goesâ-Zuyd-bevel.
Ad diem 8. Decembris. horâ 9. matutinâ.



TRAJECTI AD RHENUM,
 TYPIS *Gisberti à Zijll, & Theodori ab Ackersdijck,*

clo. lo. c. LII.



R E V E R E N D O
V I R O,

D. NICOLAO RVYCH,
Reipublicæ Goefanæ ci-
vi honesto, mercatori so-
lerti, fratri suo dilecto,
tutori patris loco ha-
bendo,

Hanc disputationem Medicam

Submissè offert

M A R C U S R U Y C H.

TRAJICTI AD RHENUM
Typis Gubernii & Theodori ab Achterhagen
M.D.C.LXXII.



207

MEDICATIO JUVENIS,
SYNOCHA FEBRI
LABORANTIS.

1. **I**uvenis 26. annorum, temperamento sanguineus, sanguinem à naribus mittere solitus, sed jam à biennio nullam narium hæmorrhagiam patiens, sæpe etiam vino rubro utens, postquam pedestri itinere vehementius esset fatigatus, calore totius corporis præter naturali & aciori correptus fuit, magnopereque sitire cœpit, cum pulsu magno, celeri, frequenti, inæquali, & inordinato. Caput ipsi etiam valde dolet, ac tempora ipsi vehementius pulsant; in iisque venæ, ut & in oculis, valde sunt conspicuæ ac rubræ. Dulcedinem in ore percipit. Urina est tenuis & rubra. Ad sunt vigiliæ, & corporis varia jactatio, & gravitas. Hæc symptomata jam per biduum fere æqualiter sese habent.

2. Afficitur in hoc ægro *totum corpus*, quod ex calore præternaturali & aciore, ac gravitate totum corpus occupante, & ex corporis jactatione: Item *æstophagus*, quod ex siti; nec non *cor*, quod ex pulsus illis vitiis: ac etiam *caput*, tempora, & oculi, quod ex eorum dolore, pulsatione, vigiliis & venarum rubore, & tumore, est manifestum.

3. *Morbis*, qui eum affligit, est intemperies quædam massæ sanguinis & viscerum sanguinea & malignior, quæ perpetuâ nimix incalæscentiæ æquabilitate ægrum nostrum torquens, *febris synocha homotonos* vulgo dicitur. Ea; ex totius corporis calore præternaturali & aciori, siti, pulsu magno, celeri, & inæquali, ac inordinato, corporis gravitate, vigiliis, reliquisque commemoratis symptomatibus, jam per biduum æqualiter durantibus, patet.

4. *Causa procatarctica* hujus morbi est iter illud pedestre, ab ægro nostro factum, quo humores illi sanguinei in corpore no-

A 2

stri

stri ægri ex ætate juvenili, temperamento sanguineo, vini rubri copioso usu, & hæmorrhagię solite suppressione, nimia quantitate geniti, (qui *antecedentem* huic morbo præbuerunt causam) nimis magnam & malignam effervescentiam in corde & reliquo corpore contraxerunt, & ita *continentem* hujus morbi & symptomatum constituerunt causam.

5. Inde enim œsophagus exsiccatu sitim magnam excitat; & ex humoribus illis in corde nimium effervescentibus & in varias partes translatis, totum corpus valde incaluit; & ob eorum copiam, venę oculorum gravitate & tumore molestantur. Caput verò & tēpora, ob vehementiorem eorum motū, excruciantur dolore. Pulsus justo major, celerior, & inæqualis, ac inordinatus, ob nimis celerem & vehementiorē sanguinis rarefactionem, inæqualesque sanguinis partes, ac inæqualem & inordinatum spirituum in cordis fibras influxum, observatur. Et ob spiritus fervidos in cerebri ventriculis nimium & perpetuo exhalantes, torquent nostrum ægrum perpetuę vigilię. Partesque feri sanguinei tenues & rubicundę, ad renes & vesicam delatę, faciunt urinam tenuem & rubicundam.

6. Partes verò sanguinis dulces in ore separatę, & os perfundentes, faciunt in ægri ore dulcedinis perceptionem. Hęc symptomata jam per biduum equaliter affligunt, quia humores sanguinei, qui hic peccant, ejus sunt naturę, ut nullas vehementiores effervescentię & defervescentię habeant vices. Denique corpus varię jactatur; quia partes acres sanguinis, varias partes varię agitant, illasque dolore afficientes, non patiuntur corpus eodem situ diu retineri.

7. *Morbis* hic quia gravia inducit symptomata, satis est periculofus, facileque maniam, vel phrenitidem, aliosque graviore morbos, posset inducere: quia tamen est in homine valido, & est ab humore blandiore, satis bona sanitatis affulget spes.

8. *Curatio* consistet in causę procatarctice, antecedentis, & continentis ablatione, & intemperiei per contraria correctione.

9. Mox itaque injiciatur, si æger alvum sponte non deposuerit, talis clyster: Rx. malv.

Rx. malv. bismalv. violar. an. mj.
mercurial. lactuc. an. mß.
flor. violarum p. ij. Prunor. acidor. N^o. vij.
sem. 4. frigid. maj. an. 3j. Decoq. in aq. hord. q. s. ad ℥j.
In Colat. dissolv. Elect. diaprun, ʒjß. ol. violac. ʒij.
salis commun. ʒß. M. F. Clyster,

Post clysteris operationem aperiatur vena in brachio dextro, sanguisque educatur ad ℥j: à venæ sectione liberalem haustum sumat de sequenti ptisana frigida, & passim ad sitim extinguendam de ea bibat:

Rx. hord. mund. pj. glycerize rase ʒiij. prunor. acidor. N^o. ix.
coq. in aq. pura ad ℥j. & Coletur pro ptisana.

Ad sitim & febrilis caloris moderationem, sumat subinde cerasa condita, rob de ribes, lactucam conditam. Quarto ab invasione die, purgetur hoc purgante, subinde reiterando:

Rx. Elect. diaprun. simp. ʒx.
dissolv. in aq. Decoct. hord. q. s.
M. F. Potio

Utatur etiam subinde de sequenti julapio & condito:

Rx. syr. de acetos. simpl. de endivia an. ʒi s.
de limonib. ʒj. aq. hord. ℥jß.
ol. vitriol. q. s. ad gratum acorem
M. F. Julep.

Rx. conserv. rad. bugloss. ʒjß.
cichor. acetos.
pulp. citreorum vel limonum an. ʒß.
sp. diamarg. frigid. ʒjß.
rob. de ribes ʒj.
M. F. Conditum.

10. In victus ratione aer sit frigidus. Cibus sit tenuis & refrigerans, & humectans, & paucus, ex jusculis refrigerantibus ex endivia, acetosa, lactuca, cerasis, prunis & pomis acidis conditus. Si carnes vitulinas & pullorum gallinaceorum virium dejectio desideret,

alterentur succo limonum, arantiorum, ribesiorum. Potus sit cerevisia tenuis. Somnus concilietur lacte amygdalato vesperi dato, cui interdum. zij. vel iij. syr. de papav. addi possunt.

Alvus respondeat natura, vel arte clysteribus injectis. Curas sollicitudinesque fugiat. Bonam habeat spem.

M E D I C A T I O V I R I,
P T Y A L I S M O
L A B O R A N T I S.

1. **V**ir 40. annorum, postquam diu ventriculi cruditate laborasset, incidit in tam copiosam salivæ in ore collectionem, ut fere singulis momentis illam exspuere cogatur. Hujus affectus molestiâ jam per 14. dies laborat.

2. Afficiuntur in hoc ægro tonsillæ, aliæque oris carnosiores, & porosiores partes; quod ex frequenti exspuitione patet.

3. Affectus quo afficitur, est partium istarum jam commemoratarum intemperies serosa & nimis rara, quæ frequentem copiosæ salivæ in ore collectionem ejusque exspuitionem excitans, *Ptyalismus* vulgo appellatur.

Procatartica hujus morbi *causa* est diutina illa ventriculi cruditas, qua eger noster laboravit. Ex ea enim multi serosi & aquosi humores in corpore ægri collecti, *antecedentem* huic morbo præbuerunt causam. Pars vero eorum à corde ad partes carnosas oris perpetuo propulsa, in iisque à reliquo sanguine separata, ac in os continuo defluens, *continens* hujus morbi & exspuitionis est causa.

5. Quia hic affectus ex cruditate, magnam pituitosorum humorum copiam producente, originem duxit, ideoq;, nisi diligenti curatione impugnetur, satis erit pertinax.

6. Curatio consistet in causæ antecedentis, continentis, & intemperiei per contraria ablatione.

7. Primo itaque æger talibus pilulis subinde purgetur:

Rx. pilular.

Rz. pilular. de hiera, mastichinarum an. ℥j.

scammonii gr. vj.

cum syr. de menth. q. s.

F. Pilulæ. N^o. viij, mane sumenda, & subinde reiteranda.

Postea ventriculus circa os scutiforme illinatur tali linimento:

Rz. ol. mastichini, nardini an. ℥β.

ol. macis ℥j. cariophyll. ℥j.

cera parum, M. F. Linimentum.

Hoc etiam decocto os suum frequenter, citra gargarisationem,

colluet: **Rz.** sol. plantag. m. j. β.

myrti, salvia an. mβ.

ligni aloës, ℥β.

flor. ros. rubr. sicc. m. j.

balauſtiorum p. j.

F. Dec. in. s. q. aq. & vini, in fine additi, ad ℥vj.

In Colatura dissolv.

aluminis ℥j.

syr. ros. ℥j β.

M. pro oris lavatione.

Et de hoc electuario sumat ante & post pastum magnitudi-
nem castaneæ majoris:

Rz. Conserv. rosar.,

beton. an. ℥j.

Zinzib. in India cond. ℥β.

spec. diarhod. abbatis

aromat. ros. an. ℥j.

corall. rub. ppt.

mastiches an. ℥β.

Cum syr cydonior. q. s.

F. Conditum.

9. Cibus sit paucus & exsiccans, ex assis potius quam elixis,
pane bis cocto. Potus sit etiam parcus, ex vino rubro & ex absin-
thite. Exercitia sint talia, ut corpus exsiccent. Alvus sit lubrica.

COROL-

Corollaria Respondentis.

1. **M**ulier gravida potest esse menstrualis foetu sano.
2. **M**foetus in utero nunquam, tam ultimis, quam primis mensibus, ullum sanguinem à matre accipit.
3. Estque valde verisimile, ne lac quidem in mammis ex sanguine generari.
4. Cathartica medicamenta, neque in ventriculo, neque in intestinis subsistunt, neque eò elective ad se trahunt humorem noxium: verum dissoluta per easdem vias, quas alimenta transeunt, venas subeunt, ibique cum sanguine confunduntur; cumque ab ejus calore subigi non possunt, iterum et abi atque excerni debent, ea, quæ molesta nobis erant, secum ducendo.
5. Subeunt autem vasa non per attractionem quandam difficile intelligibilem, sed per pulsionem.
6. Quemadmodum neque causam alimenti distributionis, quâ una illius partes ad has, alia ad alias partes abeunt, ex attractione quadam deducimus; hâc enim ignoramus: verû à gravitate ejus vel levitate, vel à dispositione & situ viarum, per quas transeunt, partiumque ad quas tendunt.
7. A solo ventriculi calore non potest perfici coctio; sed necesse est succum quendam calidum & acrem ad eam concurrere, qui sua incidendi, calefaciendi, & fermentandi vi coctionem promoveat: nam nec ipsa aqua fervens eo temporis spacio, quo ventriculus, cibos concoquit & in liquorem convertit.
8. Non in systole, sed in diastole sanguis magno impetu è corde erumpit, sicque pulsum facit in arteriis, ex quibus porro pergit in venas, factoque circuitu ad cor redit: nec tamen inferri inde potest, venas propterea necessariò pulsare.
9. Omnis sensus tactu fit, consistitque in motu locali corporeo, qui ex immediato & corporeo contactu sequitur.
10. Nam nihil agit in distans; sed immediatus & corporeus in omni actione naturali debet esse contactus.
11. Omnia corpora, inter quæ nihil interjacet, sunt contigua, vel continua.

F I N I S.


00 A 6396

ULB Halle 3
002 928 167



St





& pedum, vasis in nostrâ ægrâ poro-
 vor; qui sub vesperam magis est observabi-
 num motum & erectionem, humores
 s fuerint propulsi, nec per sanguinis
 es satis copiosè referri potuerint. Pi-
 ad tonsillas oris delatus, ibique aquo-
 onens, facit sitis absentiam, salivaque in
 vero citra putredinem, & deinde ad
 oribus obstructos vel angustatos per-
 sentiam, urinamque albam & claram.
 m hepatis affectionem, periculosissimus
 ydropem, vel scirrhum, vel alium gra-

MEDICATIO DUORUM ÆGRORUM,
FEBRISYNOCHA,

ET
PITYALISMO
 LABORANTIUM;

QVAM,
 DEO OPT. MAX. AUXILIANTE,
 SUB PRÆSIDIO

VIRI CLARISSIMI
D. HENRICI REGII,

Reip. Ultraject. POLIATR1, & Medicinæ,
 Anatomes, ac Botanices Professoris Ordi-
 narii, ac Philosophi eximii,

Publicæ disquisitioni exhibet

MARCUS RUYCH, Goesâ-Zuyd-bevel.

Ad diem 8. Decembris. horâ 9. matutinâ.



TRAJECTI AD RHENUM,
 TYPIS Gisberti à Zjll, & Theodori ab Ackersdijck,

1712. cl. 13. c. LII.



e cura
 cedent
 aria, a
 ur tal
 lin, fan
 ampan
 3.
 imonia,
 nor, hyp
 elini, an
 d. polyp
 d. ad it
 e syr.
 ema
 ij. bis in
 mate, hy
 vesperi,
 thæa an
 eryngii,

